

*Mandatum novum do vobis,  
ut diligatis invicem.*

✠ Lécctio sancti Evangélii  
secúndum Ioánnem

13, 31-33 a. 34-35

Cum exisset Iudas e cenáculo, dicit Iesus:

<sup>31</sup> «Nunc clarificátus est Fílius hóminis,  
et Deus clarificátus est in eo;

<sup>32</sup> si Deus clarificátus est in eo,  
et Deus clarificábit eum in semetípso,  
et contínuo clarificábit eum.

<sup>33a</sup> Filíoli, adhuc módicum vobíscum sum.

<sup>34</sup> Mandátum novum do vobis,  
ut diligátis ínvicem;  
sicut diléxi vos, ut et vos diligátis ínvicem.

<sup>35</sup> In hoc cognóscet omnes quia mei discípuli estis:  
si dilectiónem habuéritis ad ínvicem».

Verbum Dómini.